¶ De prima Luce. 23. indutum veste alba remisit ad pilatum. De secun- Joh. 19. Clamidem coccineum cir- cundederunt ei. De tertia Mathei. 27. Vestem purpuraum induerūt ei Ad sponsum contemplandum ī his vestibus inducit nos sap. canti. prio Egredimini filie hierusalem ꝛ vide te regem Salomonem in diademate quo coronauit eum mater sua in die desponsationis eius. Alba represen tat castitatem. Coccinea caritatem Purpurea austeritatem. Sed pau- cissimi his induuntur. Ideo mirum non est si multi damnantur apoca. eñ. 17. dicitur. Beatus qui custodit vestimēta sua videat quiȝ qua veste induatur. Si sordida contra albam Si fracta vel dissuta contra rubeaȝ Si laua limaq; cōtexta contra pur- puram. i. simulatam qm̄ vt dicitur sopho. 1. visitabit dominus super om nes qui induuntur veste peregrina defectu vestis nuptialis ignibus tra ditur quilibet qui moritur quod a nobis auertat dulcis Jhesus Amen

¶ Dñica vicesima

Domine descende priusq̄
moriatur filius meus. Jo
hannis quarto et in euan
gelio hodierno Ne tardes
conuerti ad dominū: et ne differas
de die in diem. Subito enī venit ira
illius. Eccl.5. Ad peccatores in sce
leribus viuētes verba sunt ista. Ubi
duo notantur.
Primū est saluatoris monitio.
Scdm eius dura cōminatio
Cum pctm mortale sit irremissibile
post hanc vitā. Eccl.16. Ubicunq̄
cecidit lignum siue ad austrum siue
ad aquilonem ibi stabit siue in statu
gratie siue in statu peccati ibi perpe
tuo manebit aīa. Et cū nullus sciat
horam que a presenti seculo excidit
merito spūssanctus vnūquemq̄ mo
net ne conuersationē suam differat.
vel dic sic circa hanc conuersionem
tria sunt videnda.
Principiū gratiosum.
Motiuum virtuosum.
Complemētum fructuosum.
Principiū nostre cōuersionis est di
uina gr̄a. Trenoꝝ.4. Cōuerte nos
dn̄e et cōuertemur. Nullo enī pacto
ad deū conuerti valemus: nisi ipse
nos cōuertat. Crisostomꝰ omel.30.
super math. Anteq̄ peccemus libe-
rum arbitriū habemus sequēdi vo-
luntatē diuinā aut non. Sed postq̄
peccando ei nos semel obligauimꝰ
ex tunc virtute propria euadere non
poterimus. Sed sicut nauis guber-
naclo fracto huc vel illuc vadit quo
cunq̄ tēpestas eā ducit. Sic homo
auxilio diuine gratie perdito nō hic
facit qđ vult q̄ꝫ dyabolus. Et nisi
dn̄s eum manu valida sue miseri-
cordie saluat vsq̄ ad finem vite in
peccati vinculis permanebit. Pro
hac gratia liberatiā sepe oportet in-
currere ad meritum passionis: et ad
preces sacre et intemerate virginis.
De saluatore dicitur hebreorum.
Introiuit in ipsum celū vt appareat
vultui dei ad interpellādū ꝓ nobis.
De virgine vero Maria dicitur per
figurā regis dauid: q̄ꝫ Abigay pla-
cauit regem Dauid iratū contra na
bal qui iuxta nomē suum stultus di
cebat. Et hic est peccator sic stultus
reliquerit. Pro secundo motiuū con
uersionis est attendenda confidātia
cōmissorum flagitioꝝ collatorum be
neficiorū supplicatoꝝ criminatorū et
gaudiorum promissoꝝ. Hoc motiuo
ductus fuerat qui dicebat. Cogi-
taui vias meas: et conuerti pedes
meos in testimoniū tuum. Uie iste
sunt lapidose per malicias: spinose
per auaritiā: et lutose per luxuriam
Hee sunt vie tenebre eorū qui dere-
liquerunt iter rectū. qui letantur cū
malefecerit: quoꝝ vie peruerse sunt
et infames gressus eorum. Prouer-
biorū secundo. Quibus cōsideratis
attente merito sunt relinquēde vide
licet ꝓh dolor de multis possit veri
ficari qđ dicitur de illis duobus dā
natis. Auerterūt oculos suos ne vi
derent celū et recordarētur iustorū
iudiciorum. Pro tertio autē quod est
complemētum conuersionis: volens
percipere peccatoꝝ remissionem ne-
cesse habet reliquere actiones pecca
torum et fugere atq̄ deo solicite in-
herere. Nemo enī potest duobus do
minis seruire. Tertii regū.18. dicit
helyas. Usq̄ quo claudicatis in duas
partes si dominus est deus vester.
(si pro quia) sequimini eum: et hoc
merito. ¶ Pro secundo principali
thematis: quia alioquin ventret su
bito ira illius vbi et rectitudo diuine
vltionis asseritur. quia veniet et pro
uisio remedii denegatur: quia subito
Dicat ergo quilibet aīam sauciatā

habẽs dicat domino. Dñe descende
priusq̄ moriatur filius meus ⁊c.
¶ Pro fundamẽto mouet̃ questio
An primo penitẽtẽ in articulo mor-
tis possibile sit digne penitere. Sco.
distinctione.20. quarti tractãs hanc
materiã ponit duas conclusiones
Quarũ prima est affirmatiua talis
Possibile est primo penitere in arti-
culo mortis digne. Probatur sic: qr
digne penitere est donũ dei. hoc aũt
potest deus cõferre in articulo mortis
sicut in sanitate. patet hoc exemplo
latronis. Articulus mortis dicitur
vbi s̃m iudicium humanũ mors est
iminens: vel per infirmitatẽ vel per
inflationẽ. Secunda cõclusio quasi
negatiua. difficile est ⁊ quasi ĩpossi-
bile primo in articulo mortis digne
penitere. Probatur hec cõclusio ra
tione male habituationis defectu cir
cunstantie finis propter carentiam
rationis ⁊ ꝓpter defectũ libertatis.
Hec deducentur in prima parte ser
monis. Quare merito debet dicere
peccator. Dñe descende ⁊c.
¶ Mirari enĩ nullus debet si plẽs
dãnentur. Habens enĩ ignem accẽ
sum in domo sua ⁊ extinguere nolẽs
miraretur nullus si domus eius cõ
bureretur; nec valet si diceret quis
quia voluntatẽ habebat extinguẽdi
Dicitur enim de regulis iuris libro
sexto. Mora regulariter est dãnosa
Et de electione ⁊ electi potestate li-
bro sexto ca. Cum inter vniuersas.
Ubicunq̄ mora affert paruulũ nul
latenus est differẽdum. Et. ff. ex qui
bus caussis maiores lege Non enim
negligẽtibus subuenitur: sed necessi
tate rerũ ĩpedimẽtis. Sicut nullus
miraretur si habens funem in collo
nolens saluare vel prescindere si su
spenderetur vel strangularet̃: quod
peius est ⁊ valde absurdum.

¶ Ad vos obstinatos peccatores ⁊
ꝑuersos christianos ignẽ infernalẽ
nedum per mensem: sed per annũ ⁊
per annos plures in conscientia vr̃a
portãtes funẽ quo suspẽdemini ab
annis multis differẽtes sunt verba
ista. Quot enĩ petã mortalia ignis
vomet testat̃. 13. de peccatis loquẽs
Ignis est vsq̄ ad consumptionẽ de
uorans. Quot vero eadem peccata
funibus cõparẽtur: testatur sapiẽs
prouerbiorum quĩto. Iniquitates sue
capient impiũ ⁊ funibus peccatorum
suorũ vnusquisq̄ constringetur.
O quot sunt dãnati nunc qui hunc
ignem poterãt extinguere: qui funẽ
poterant soluere vel prescindere qui
tamẽ ineternũ cõburẽtur. Mitatur
ergo quilibet propriã conscẽtiam
respicere ⁊ anteq̄ comburat̃ ⁊ strã-
guletur peccati ignẽ oret extinguere
⁊ cum regulo dicat. Dñe descende.

¶ In isto sermone
erunt due partes

Prima de penitentie in extremis
militate.
Secunda de diuine condescẽtionis
promptitudine.
Quo ad primũ existens in peccato
mortali merito debet orare deum vt
per gratiã suam descendat in aiam
eius ante mortẽ. quia vix digne peni
tebit in mortis articulo qui diu fuit
in peccatis assuetus propter tria. ⁊
nunc de duobus dicetur. Certũ est
enĩ q̄ q̄diu sumus in p̃senti seculo
pune ⁊ tẽtationibus expositi sumus
Ita vt dicat Job septimo. Militia
est vita hominis super terram. Alia
littera habet Ephe. 15. Tẽtatio non
ẽ nobis colluctatio aduersus carnẽ
⁊ sanguinẽ: sed aduersus potestates
mundi ⁊ principatus ⁊ rectores te-

nebrarū harūm. Et si tāta pugna sit invita non est dubiū quin fortissima sit in morte: in qua si victus fuerit hostis ineternū non superabit. Et si vincat ineternū non erit remedium De hac pugna finali dicitur gen̄.3. Tu insidiaberis calcaneo eius. Et psalmista. Insidiat̄ vt rapiat pauperē insidiatur quasi leo in spelūca sua. Quis tam incēsatus qui se estimet superare aduersariū in infirmitate quam superare non potuit in sanitate. Quis enī tam ebes vt onera grauia imponat iumento laboribus omnimode confracto. Reliqua vero fortiora et expedita exonerata relinquant. Hi sunt miseri peccatores q per totum tēpus vite sue ducunt in gaudio et letitia dies suos. in fine vero vite sue totum onus sue miserabilis cōuersationis imponūt super diem extremū. Huius pugne figura expresse Luce.19. habetur vbi saluator flendo dixit. Uenient dies in te et circūdabunt te inimici tui vallo: et coangustabunt te et ad terrā prosternent te. O durissimū bellum nunc qui audiūt predicationes et legūt scripturas: sani sunt corpore prepediti non sunt intellectu: vident bonorum exempla. et tamē a peccatis nō cauēt hosti resistere nequeūt. Quot eis in illa pugna cōtinget: quādo soli dere licti infirmitate detenti omnique miseria circūdati erunt. O verax deus forte dicet quis. tunc nō tētabuntur de luxuria, auaricia, et superbia: fateor equidem. Sed certe tunc diuersissimis tētationibus aggredientur. Protestat̄ gregorius declarans predictum euangeliū. Dyabolus enim sciens tunc q2 modicū tēporis habebit totam astutiā suā ponet ad subuertēdum hominē. Unde psalmista Inimici mei animā meam circunderunt vallū faciunt reducendo ad memoriā peccata. Uallū enim proprie est de pallis prohibens exitum et aditum ciuitatis. Demones ergo animā vallo circūdant quādo impediunt ne peccata ab aīa exeant: et ne gratia dei intret. Adipē suum cōclu serunt quādo abundātem maliciam suam in aīam concludere volunt et querunt. Os eorum locutū est superbiam: dū videlicet de infidelitate in desperatione morientem tēptant del serui ab hac pugna nō sunt exēpti. Quid ergo inimicis dei accidere poterit. Beatus martinus vidit dyabolum sibi assistentē in mortis articulo cui dixit. Quid hic stas cruēta bestia. Beatus quoque bernardus vexatus fuit in infirmitate de despera tione. Sāctus quoque cirilus in libro de obitu hieronimi refert de eusebio hieronimi discipulo: quod cū triduo perdidisset loquelā sacramētis prius rite susceptis duobus diebus ante eius exitū cepit ita terribiles actus peragere per circunstantias monachi timore preterriti in terra iacebant. Nam quāque oculis trāsuersis tūctis simul manib9 dura facie terribilique voce clamabat. non faciā non faciā mentiris mētiris. Post hec faciem suam in terra firmabat et quod non poterat dicebat. Adiuuate me fratres ne pereā. quod vidētes fratres monachi oculis lachrimātibus interrogauerunt eū quid hoc esset. Ac ille dr. Non vidistis demonū agmina: qui me debellare cupiebāt Et illi. Quid tibi facere volebāt cū dicebas nō faciam mētiris. Conabātur (ait ille) vt nomen dei blasphemarē. tunc hoc facere negabā. At illi dixerunt ei. Quare pater abscondebas faciē tuā in terra. Respōdit. ne aspectū inimicorum viderē qui tam terribilis est

ꝙ omnes terrores q̄ sunt in mundo respectu eius nichil sunt. Tandem apparēte gloriosissimo hieronimo feliciter migrauit. Si ḡ dei seruo tāta fuerit pena quid fiet de inimicis peccatoribꝰ. O miserabilis mūdanoꝝ vita. Audi illud ecclīa. vltimo. Memento creatoris tui in diebus iuuentutis tue anteq̄ veniat tempus afflictionis tue. Scḋm quod īpedit ne tunc peniteamꝰ est caritatis ꝓuatio Certū est enim ꝙ actus displicētie peccati nō est deo placens nisi ipsa displicentia sit circūstantia a parte principii ⁊ finis. ita ꝙ sit volūtaria ⁊ propter deum. De penitētia di. 7. ca. nullus dt augustinus. Scriptū nemini sine charitate posse saluari. Nō itaqꝫ in solo timore viuit homo quē ergo opꝫ solum deū timere iudicem: sed etiam diligere vt patrē. Audiant hoc peccatis dediti qui si quā intentionē in tali articulo habent nō est propter deū sed propter timorem pene parate. Grāt mercis cordeau. O peruersa febricitas. Febris enim tollit saporē nunc frigus nunc calorem generās. peccatum representat aufferens saporē spiritualiū etiam timore vel amore inordinato. Tamē ante mortē ad deum redi: ⁊ deuote dic ei qđ premittitur in themate preassumpto. Domine ⁊c.

¶ Quo ad secundū principale vꝫ domimus descēdat in animā per grāz oportet ꝙ regulus veniat ad saluatorē ⁊ exeat a capharnaū. ⁊ hoc dū saluator transit a iudea in galileā. illa hora relinquet eū febris. hec oīa mistice intelligēda sunt. Regulus regimē habens dr̄ liberum arbitriū ꝙ a nullo cogi pōt. Eccl. 55. Deus ab inicio creauit hominē ⁊ reliquit eum in manus cōsilii sui: scilicet in liberū arbitriū. Unde hieronimus contra Iouinianū. Et ponit̄ de consecra. di. 2. ca. Si inquit. Si inquit liberi arbi. nos cōdidit deus vt nec ad virtutes nec ad vicia necesse trahamur: trahimur alioquī vbi necessitas ibi nec corona. Nota tamē ꝙ liberū arbitriū dicitur regulus diminutiue nō rex absolute: qꝛ licet cogi nō possit: nequit tñ meritorie primo operari sine auxilio dei. Propterea dicit magister sentētiaꝝ. 25. di. 2. ꝙ liberū arbitriū est facultas volūtatꝭ ⁊ rōnis qua bonū assistente elicitur ⁊ malū gratia desistēte. i. deficiente Hic regulus debet exire a capharnaum vt veniat ad iesum. i. dimittē consolationes mundanas ⁊ tp̄ales. Capharnaū enim interp̄tatur ager pinguedinis vel vallis cōsolationis Sic fecit qui dixit. Renuit cōsolari aīa mea memor fui dei. Sic math. 10. dr̄. Qui non tollit crucē suam ⁊ nō sequitur me: non est me dignus. Sic apl's phil. 1. Omnia detrimēta feci ⁊ arbitratꝰ sum oīa vt stercora vt xp̄m lucrifacerē. Sic fecit hieronimus. Uñ in aureola dt. Impossibile est vt hic ventrē ⁊ illic mentem reficiat: vt de delicīis ad delicias transeat: ⁊ in presenti ⁊ in futuro gaudeat seculo. hec ille. Sed necesse est (vt inquit Augustinus in soliloquiis) vt alterā perdat cōsolationē. supple qui reliquā voluerit possidere Sed ad vos īdurati peccatores qui ebrietatibus luxuriis blaphemiis ⁊ vindicationibus rancoribus ludis ⁊ periuriis fraudibus ceterisqꝫ pctīs vacatis verba sunt ista. Sed certe (prothdolor) multi sunt similes balaam qui (vt dicit̄ numeri. 23.) volebat mori morte iustorū: quorum tñ vitā grauissime persecutus fuerat ⁊ quibus in bono semper ꝯtradixerat Sic ⁊ pessimi pctōres pleriqꝫ vellēt

premiari premio iustorū & sanctorū haberet finē eorum & in fine habere gratiā dei: nolunt tamen facere opa eorum. Certe talibus dici potest qd scribitur.40.di.ca. Non est. Non sunt filii sanctorum qui loca tenent sanctorū: sed q imitātur opera eorū. Quilibet ergo saluari cupiēs veniat ad dominū. omne qd est in mundo contra deū luxuriā superbiā cupiditatem fraudē & rancorem relinquāt tanq capharnaū vt sic illi dicatur. Sicut credidisti fiat tibi &c. Quod nobis donet dulcis Jesus Amen.

¶ Sermo scds eiusdem dñice.

Domine descēde vt supra. Estote parati qr qua hora nō putatis filius hominis veniet. Luce.13. Ad miserabiles peccatores verba sunt ista. Ubi duo notantur.
Primū est saluatoris monitio
Scdm est dura cōminatio.
Quo ad primū salubriter mouemur nos preparare ante mortem (dicit eī cyprianus de re.di.1.ca. Nūquid) qualē te inueniet dñs: talem te iudicabit. Modus aūt se preparandi expositus fuit in ps dicente. Cogitaui dies antiquos: & annos eternos in mente habui meditatus nocte cum corde meo & exercitabar & scopebā spiritū meum. pondera singula cogitaui ait. Certū est enim duas ciuitates: vnā bonorū: alterā malorum: finalē & vltimā ad quā quis peruenturus sit penitus ignorat. Nescit enī homo an odio vel amore dignus sit: sed omnia in futurū reseruātur incerta. Si quis ergo hic efficaciter cogitet nō dubiū meditabitur in vita sua qualē duxerit: qualē ve ducere intendit. Excitabitq se in omnibus virtuosis operibus ac scopet. i. purgabit consciētiam suā a peccatis. Sic enī dicitur apoca.3. In mentē habe qualiter audierunt & fecerunt & penitētiam age. Sed quādo hoc fieri debet: Ecclesiastici nono dicit. Quodcūq potest manus tua instāter operare: quia nec opus nec ratio nec scientia nec sapiētia sunt apud inferos quo tu properas. Et hic notat secūda pars in qua dicit. quia qua hora nō putatis &c. Uoluit autem dominus horā mortis esse incertam triplici ratione.
Primo vt hō viuat purius.
Scdo vt hō operet cōmunius.
Tertio vt hō cōuerset hūanius.
Primo &c. Ignorās qua hora egredietur. Uñ gregorius tractās illud Uigilate & orate dicit. Si scirent hoīes qua hora ab hoc seculo migrare deberēt partē vite sue voluptatibus aliā vero laudibus forte exponerēt. Nunc aūt qui nos īcertos reddidit suo seruitio semp deditos esse voluit. Secūdo vt homo operet cōmunius & diligētius & per cōsequēs vtilius. Si enī sciret homo mortis horam forte desisteret ab operationibus vtilibus aliis mltis vt sibiipsi vacaret. Unde refert gregorius libro dyabolorū dictū fuisse cuidā: cui reuelata fuerat hora mortis. age qd agis operare qd operaris. Tertio vt homo cōuersetur humanius. Si enī sciret homo horā mortis sue nimis melencolice viueret. Certū tamē est q tēpus breue est. 1.cor.7. Dum ergo tēpus habemus operemur bonū. dicamusq cordialiter dño vt descēdat.
¶ Pro fundamēto mouet questio. quia dicitur domine descēde &c. An christi vicarius vel sacerdos dei minister possit peccata dimittere?

Respondet Scotus distinctione.14. quarti.& plenius distinctione.18. q quis videatur dicere magister disti ctione.14.vel.18.q sol9 deus habet remittere culpā & obligationē ad pe nam eternā. Minister tamē ostēdit penitētem esse absolutū ac absoluit: vel ligat ad penā tēporalē. Verius tamē videtur: q cum sacramētum penitētie sit sacramētum noue legis habens efficatiam ex opere operato: quodquidē sacramentum habet pro formali absolutionē factam a sacer dote iuriditionē habēte: q per ipam absolutionē seu sacramentū vere re mittitur culpa seu obligatio ad pe- nam: & cōfirmatur gratia ministerī aliter. Et si dicat. qui remittit pec cata nisi solus deus? est verū aucto ritate: sed ministerialiter illud est datum sacerdotib9 & dictū a salua- tore. Quorū remiseritis peccata &c. Non est autē sic intelligendū: q sa- cerdos si remittat ministerialiter q attingat gratiam vel causam de se aliquā dispositionē in aīa preuiam gratie. Sed est intelligēdum q sa cerdos aliquid facit: videlicet mini- strat sacramētum quo mīstrato etiā pacto diuino remittitur culpa: scilz obligatio ad penā eternā & cōfertur gratia. Dicat ergo quilibet in petō mortali existens. Domine descende videlicet per gratiā descēdat & tuus minister vt qui per contritionē non sum sufficiēs obtinere gratiā illam valeā adipisci per operationē sacra mentalē &c. Miretur aūt nullus si plures damnentur. Nempe nullus miraretur si corpora paganor here- ticorum aut excōmunicatorū extra ciuitatē proicerētur: imo qui vide- rēt ea inhumari a tota specie mirari deberēt. Non enī ibi debent sepeliri & si a casu vel alias ibi sepulta fue- rint sunt extrahenda. Ut plane ha betur de statu monachor capitulo super quodā cantico regulari. & de sepulchris capitulo Sacramētis. Ad peccatores damnatione dignos verba sunt ista. Omnis enī in pec- cato mortali existēs excōmunicat9 est. q2 extra cōmunionē iustorum & sanctor est. Tollat (inquit ysayas) īpius ne videat gloriā dei. In terra enī sanctor inique gessit. Vigilet g ratio super totū hominē si sit ibi ali quid propter qd a sanctor consortio eiici debeat & igni ppetuo deputari. Sicut vigilare debet prefectus ciuī tatis super totā ciuitatē & illam cir cuire die noctuqz: vt quilibet habeat in domo sua vnde ignem nociuū ex tinguere possit. Sicut notatur. ff. de officio prefecti vigilātis. Nam salu taris hec vigilātia debet esse pcipue tēpore sanitatis: ne forte tēpore arti culi mortis speret homo vigilare & remediū adhibere & nō possit. quare merito sub typo reguli clamare dz. Domine descende priusq moriatur filius meus &c.

¶ In isto sermone erunt due partes. vt in prio sermone.

Quo ad primā partem merito quis ante mortis articulū debet deuz ro gare vt in sua consciētia descendat: q̄ in mortis articulo digne penitē quis vix potest. Et hoc pter duas rationes pretereas: que posite sunt prius. quarum

Prima est passionū alteratio.

Scda est malor habituatio

Certū est eī q passiones vehemētes appetitus sensitiui sepe impediunt rationē. Sciebat hoc qui dicebat ad romanos septimo. Non quod volo

facio sed quod inhabitat in me peccatum. Infelix ego quis me liberabit de corpore mortis huius & q̃uis omnes passiones nate sint impedire usum rationis precipue tamen scd̃m Aug. 83 9. q. 33. Passiones causate atristabilibus plus mouent q̃ causate a delectabilibus. Sic eñ aliqñ mouent ꝙ sic impediunt vel ꝙ totaliter vsum rationis tollũt. Actus autem displicētie de peccato vt deo placeat & si sufficiens ad veram penitētiam exigit ꝙ vtatur ab vtente rato͂ne cuius vsus multotiens impeditur propter passiones dolorum aut timorum aut vtriusqꝫ simul. Mouerat hᵒ qui dicebat. Torrentes iniquitatis conturbauerunt me. Efficiuntur ꝙ ppe multi heretici in articulo mortis nec dei nec sui valent recordari. Alii versantur. Ita circa exteriora ꝙ salutis proprie nullo pacto recordãtur his contigit illud Augu. in sermone de innocentibus. Ab hac animaduersione percutitur peccator vt moriens &c. O quis enarret quot homines in rabien conuersi sunt hora mortis. Alii in desperationem. Alii in ydolatriam. Alii sibi mortem propriis manibus intulerunt. Alii demones inuocabant. Aliii fidem negabant nunc igitur homo in sanitate d̃ peccato cogitet si peniteat quoniam vt dicitur ecclesi. 3. Nescit homo finem suum sed sicut pisces capiũtur hamo & aues laqueo sic peccatores tempore malo. Secunda rato͂ quare homo in fine vix potest penitere est maloꝝ habituatio. Habitus est qualitas de difficili mobilis a subiecto quare peccatores peccatis dediti qui nunq̃ sciuerunt quid sit penitere nisi forte dormiendo qui etiam in sanitate constituti intellectu & sensu nõ impediti, Si de peccatis suis cogitarevellẽt ratione ꝯtrarie habituato͂nis vix possent. Q̃uo ꝫ hᵒ poterũt in fine dieꝝ qñ ab hᵒ retardabunt & impedientur & ratione dolorum corporis vl' corporalis & ratione cõtinuate & frequentate operationis propterea Jeremie. 13. dicitur. Si ethiops potest mutare pellem suam & pardus varietates suas ita & vos poteritis bene facere cum didiceritis malũ isrl' de manu pharaonis non potuit auelli nisi in manu forti in signum ꝙ habituatus in peccato vix potest liberari vnde Jeroni. peccatum vix auellitur ꝙ longa expectatione & consuetudine retinet & multa placuit voluptate. Cum itaqꝫ alias longo tempore in amore mũdi perseuerauerit difficile est ipsum retrahere vt mundũ non diligat: & de perdito mundo nõ doleat. dicit enim Gregorius in morali ꝙ nunquã sine dolore perditur quod cum amore possidetur: de hoc leguntur multa exempla dic de illo diuite qui dicebat. O iactantia mea, pecunie mee, quis vos possidebit: quere in Roberto. O miseri. O indurati filii Adam. O vani seculi amatores hec audite de vestra salute cogitate & ad deum redeundo ei more huius reguli dicite. Domine descēde priusq̃ moriatur filius meus.

¶ Quo ad secundum principale viso sermone precedenti qualiter peccator more reguli exire debet a capharnaum id est relinquere delectamenta presentis seculi consequenter restat videre quomodo debeat venire ad Jesum transeuntē a iudea in galileam. Pro quo nota ꝙ Jesus vno modo interpretatur salus. Judea cõfessio, gallilea transmigratio venire ergo ad Jesum transeuntē a iudea in gallileam nihil aliud est q̃ querere salutem in pura confessione peccato

rum transmigrando ab operib⁹ malis ad operationes bonas virtuosas ꝛ meritorias. Nullus enim saluari potest nisi confiteatur peccata sua si assit possibilitas de mortalib⁹: dico post baptismum nec sufficit ꝙ quis cõfiteatur nisi vitam pristinam dimittere velit de confessione autem h̃ notandum primo ꝙ summe optare debemus bene confiteri quia hic pẽdet nostra salus: dicitur enim Johãnis vigesimo. Quorum remiseritis peccata remittuntur eis: ꝛ hoc fit in confessione ꝛ. i. Johan. primo. Si cõfiteamur peccata nostra fidelis est deus vt remittat nobis peccata nostra. Nec mirari oportet si debeam⁹ confiteri: omnis enim res per easdeꝫ causas soluitur per quas nascitur. vt habetur de regulis iuris capitulo per acta. Sed diceret quis frater in quadragesima confitebor non est nunc tempus audiendi predicationẽ de confessione. Cui respondendum est quis est certus se quadragesimã videre

¶ Secundo dato ꝙ videas quomodo voluntatuꝫ malarum iniquorum ꝛ prauorum operum que perpetras poteris recordari.

Tertio dato ꝙ omnium ꝙ tamẽ est impossibile quomodo vulnus peccati sic longo tempore vis ferre in mẽte. Audi saluatorem dicentem Luce quartodecimo capitulo. Cuius vestrum bos aut asinus cadet in puteo ꝛ non extrahet illum continuo. Sed prothdolor casui bouis ꝛ asini subuenitur corpus infirmum curatur.

Sola anima dei ymagine insignita ꝛ redempta christi sanguine negligitur; vadat ergo quilibet ad salutem obtinendam; dum saluator transit a iudea in galileam ꝛ confiteatur ꝙ primum poterit dicendo cũ Ezechia Uiuens viuens ipse confitebitur tibi. Tanto enim sunt grauiora crimina ꝙto infelicem animam. Diutius detinent alligatam capitulo finali de consuetudine. Exigitur secundo ꝙ fiat transmigratio. Et debet esse triplex videlicet

Migrando a malo in bonum
Ab occasione mali
Et a specie boni

¶ Primam suadebat qui dicebat vade ꝛ amplius noli peccare Jo. 8. Secunduꝫ qui monebat exite de medio eorum. Tertium qui persuadebat. i. thessaloni. tertio capitulo Sed propter defectum harum trãsmigrationum plerique in peccatis permanserunt ꝛ ꝙuis confessi fuerint tamen abstinendi propositum nõ habebant. Testimonium ferant super hoc qui suas luxurias per decenniũ continuauerunt suas iracũdias cautellas/fraudes/ꝛ inuidias non sic faciant salutem cupientes. Sed a iudea in galileam veniant audiantque preceptum domini Abrahe datuꝫ dicentis. Egredere de terra tua ꝛ de cognatione tua ꝛ de domo patris tui ꝛ veni in terram quam monstrauero tibi. Et tunc hora septima reliquet eum febris quia infusioneꝫ septem donorum spiritussancti remissionemque percipiet. Sicque non frustra orabit dicens. Domine descende priusꝙ moriatur filius meus. Et pro conclusione ipse credidit ꝛ cetera. qđ nobis donare dignetur qui sine fine viuit et regnat in secula seculorum.

Amen

¶ Dñica vigesimaprima

REdde q̄d debes Mathei 18.⁊ in euangelio. Ante iudicium para iusticiam ⁊ ante iudicium interro-
ga temetipsum ⁊ in conspectu dei in
uenies propiciationem eccle.18.Ad
peccatores mltipliciter obnoxios.ss.
verba sunt ista in q̄bus duo notātur.
Primū est salutaris monitio
Scōm felix ⁊ bona repromissio

¶ Pro primo cum iustitia sit con
stans ⁊ perpetua voluntas vnicuiq̄
ius suum tribuens vt dicitur .ff. de
iusticia ⁊ iure.l.i.Et in iudicio ex-
tremo fiet exactissima requisitio om
nium bonorū. Sicut notatur in pa
rabola euangelii: puta de rege qui
rationem voluit ponere cū seruis su
is salubrem vnicuiq̄ consulitur pa-
rare iusticiam.i.reddere quod debet
ante iudiciū:non vero quod dicitur
romā.8.ꝙ debitores sumus spiritui
nostro ⁊ seruituti nostre. Et pos-
sunt hec debita significari s̄m debi-
tum vite.3.in nobis videlicet
Diuine
Rationalis
Et sensualis
Scōm enī ꝙ homo contemplatur ce
lestia viuit vita diuina ⁊ angelica.
In carne enī esse ⁊ preter carnem vi
uere non terrena vita est:sed celestis
ait Jeroni.ad Pau.⁊ Eusto.Et au
gust.4.de trinitate dicit.Omnium
sanctorum spiritus ad hec in carne
uiuentium inq̄tum diuina sapiunt
non sunt in hoc mundo hac vita viuē
tes ⁊ hoc bono ꝑpediti debitores sūt
si.vt eum laudent eius bonitatē am
plectande ⁊ adhereant ⁊ eo fruantur
⁊ in ipso delectātur. Gustate ait ps.
Qm̄ suauis est dn̄s hac vita viuebat
apostolus ⁊ hoc debitū persoluebat
qui dicebat phil.3.Nostra conuersa
tio est in celis.Similiter beata ma-
gdalēna que sedens ad pedes domi
ni audiebat verbum illius Luce.10.
Scd̄o debitores sumus spiritui nr̄o
vt virtutibus proficiamus homo enī
maxime est intellect⁹.10.ethico.cu-
ius ratio adoptīa semper dep̄catur
1.ethico.Obligationem huius sua-
debat qui dicebat. Satagite bonis
operibus certam facere vocationem
vestram ⁊ electionem fratres.1.pe.
1.Qui enī virtutes in anima acqui-
rit:qui non accepit in vano aīam su
am.Que autem sunt hee virtutes.1.
petri.1.dicitur ministrate in fide ve
stra virtutem in virtute autem scien
tiam in scientia autem abstinentia ī
abstinentiam autem pacientiam in
pacientia autem pietatem in pietate
aut fraternitatis amorem in amore
autem fraternitatis caritatem: hec
omnia vobiscum si assint ⁊ superent
non vacuos non sine fructu vos con
stituent in dn̄i nostri Jesu xp̄i cogni
tione.Tertio debitores sumus carni
dando ei mortificationem atq̄ repri-
mendo eius desideria hoc debitū sol
uebat qui.2.corin.9.di.Castigo cor
pus meum ⁊ in seruitutem redigo.
Et notantur.32.q.5.c.Si Paulus
hec debita si soluerim⁹ ī ꝯspectu dei
vt dicit scd̄a pars pro theumatis in
ueniemus propiciationem ezechi.18.
Impius si fecerit iusticiam vita vi
uet ⁊ non morietur.12.q.2.c.Cū de
uotissimam.Summū bonum in re
bus iusticiam collere. Anima ergo
peccatrix.Redde quod debes

¶ Pro fundamento mouetur que
stio:quia ī theumate dicitur.Redde
quod debes.Merito quis dubitare
posset.An in omni actu nostro tenea
mur voluntatem nostram diuine vo
luntati ꝯformare.Notat beat⁹ Bo-
nauentura di.17.3.Quod create vo
luntatis ad diuinam voluntatem po

test esse triplex conformitates videlz
In volito tantum
In modo volendi tantum
Et in vtroqꝫ simul
Dñs Petrus areoli addit conformi tatem intentionis vclz referendo in deū actu vel habitu de referibilibus loquendo di. vltima primi. Quod tenemur nos conformare diuine volūtati in omnibus in modo volendi: qꝛ scilicet illud quod volumus debem⁹ velle eomodo ꝙ deus vult nos velle In volito autem vbi absolute nobis nō innotescit diuina volitio possum⁹ discernere saltez voluntate pietatis vt pius filius optat vitā patris quē tamen deus vult mori: dicatur ergo cuilibet. Redde quod debes. Conformate diuine volitioni. qm̄ ad hoc obligatus es ꝫm illud Joh.15. vos amici mei estis si feceritis quod ego precip̄io vobis. Et.14. Si quis diligit me sermonem meuz seruabit ꝛc. Miretur nullus si plures damnentur. Quis miraretur si quis faceret suum funem quo suspendi posset et eundem proprio collo impositum traderet littori summopere cum suspendere scilicet cupientem quis inꝙ miraretur: si talis suspenderetur ꝛ strāgularetur certe nullus mirari deberet. Ad vos indurati peccatores sūt verba ista qui peccata mortalia cōmittendo: deum contempnendo sibi quod debetur non reddendo cordam facitis funem componitis compositumqꝫ in collo ponitis quo suspendi debeatis: dicitur eīn prouer.5. Iniquitates sue capient impium ꝛ funibus peccatorum suorum vnusquisqꝫ constringetur. Et cui queso hoc debet imptari. Respondet regula iuris libro.6. damnuz quod quis sua culpa sentit sibi non alteri imputari debet. Et habetur .ff. de regulis iuris le. quis. Nec imputetur diuine seueritati. Sed nostre negligentie .11.q.3. Audi ꝛ de pe. di.1. §. conuertimini nec quoqꝫ imputandum est dyabolo temptanti vel homini incitanti. Sz proprie voluntati.15.q.1.c. Non est ꝛ capitulo. Illa videat Igitur. quilibet qualiter preterito tempore vixerit videat ad deuz redeat suam ignauiam recognoscat ꝛ decetero quod tenetur agere faciat iuxta thema rationem reddat

¶ In isto sermone erunt due partes
Prima de creatoris debito sibi persoluendo
Secunda de impedimento non reddendi amonendo

¶ Quo ad primam cum a domino deo nostro habeamus quicquid iuris creationis redemptionis ꝛ cōseruationis adminus debem⁹ sibi tria que a quolibet seruo debentur domino suo. Et hec necessario habemus reddere
Primo in preceptis obedientiam
Secūdo de perpetratis peccatis penitentiam
Tertio pro beneficiis collatis gratitudinem

¶ Quo ad primum de quo videndum est in sermone presenti scilicet circa obedientiam ꝛ preceptorum obseruationem tria sunt videnda
Primo ad huiusmodi obseruantiam inducentia
Secundo horum preceptorum obseruantiam inter
Tertio obseruationis ipsorum multiplex differentia

¶ Quo ad primum multa nos inducunt ad obseruanda diuina precepta videlicet
Ipsorum rationabilitas
Multiplex vtilitas
Ac varia periculositas

Pro primo rationalia eñi sunt diui na precepta quia nihl continent im- possibile nihil onerosum nihilq̧ ini- quum de primo deut. Quod ego precipio tibi hodie non est sup te nec procul positum neq̧ in celo situatuʒ Sed iuxta te est sermo meus vt fa- cias de.2.p. Joh.5. Mandata ei⁹ grauia non sunt de.3.ro.7.lex q̄daʒ sancta ⁊ mandatū iustum ⁊ bonuʒ. de vtilitate vero ipsorum mandatoꝝ q̄uis sit multiplex omnia tamen in cludendo dicitur prouer.7.c. Ser- ua mādata mea ⁊ viues. Obseruās eñi diuina mandata dignus est gra tia ⁊ gloria sanctorum consortio de periculositate vero trāsgressionis df leuiti.26. Quod si non audieritis vo cem meam ⁊ non feceritis oīa man data mea visitabo vos in egestate ⁊ calore qui afficiet oculos vestros et consumet animas vestras. Modus autem obseruandi mandata dʒ esse triplex vt scilicet obseruentur

Integraliter
Intentionaliter
Et constantionaliter

De primo Jaco.2. Et habetur de re gulis iuris. Jn auten.c. defleat pec cator ⁊ de pe.di.5.c. Cōseruet. Qui totam legem obseruauerit offenderit autem in vno factus est omniū reus de.2. Johan.14. Sicut mandatū de dit mihi pater sic facio. Certū ē eñi ꝙ is qui in legem offenderit qui ver ba legis amplectans contra legis nt titur voluntatem de regulis iuris. li.6. Sed faciunt fraudē legi. Jdeo ostenderetur hic pro obseruatione fe sti pro auditione misse pro non rapiē do alienum per fraudes pro non cō trahendo matrimonium intentione indebita pro nō vtendo matrimonio in honeste pro restituendo alienuʒ eo modo quodebʒ. De tertio Mathei 24. Qui perseuerauerit vsq̧ in fineʒ hic saluus erit. Et ad gal'.6. bonuʒ autem facientes non deficiamus.

¶ Tertium autem principale huius partis est obseruationis deficientia seu defectus pro quo nūc sceleratis xp̄ianis potest dici qd̄ dudum depra uatis filiis israel dicit dñs ezec.20. Jn preceptis meis non ambulauert ⁊ iuditia mea proiecierunt qui faciēs homo viuet in eis ⁊ sabbata mea vio lauerunt vehementer. Si hec vera sint de xp̄ianitate nostra. Prothdo- lor potest perpendi si diuine legis at tendantur verba mea ⁊ intentio atq̧ ip̄is p̄ceptis 3ria ꝯsiderent cogite- mus singuli de quolibet p̄cepto qd̄ melius obseruatur an ipsum precep tum vel ipsum contrarium de non iurando in vanum de sanctificando sabbatum de non luxuriando furan do ⁊ hmōi vel ipsorum contraria. Certe christianitati potest dici quod dicitur synagoge eze.4. oblita es le gi diuine tui obliuiscar filiorum tuo rum ⁊ ego fm multitudinem eoruʒ sic peccauerunt gloriam eorum igno miniam. certe deprauata audi querimoniam dei tui super tua offensione audi ⁊ comminationem ⁊ ne forte damneris quod debes redde

¶ Quo ad secundum principale huius sermonis cognito ꝙ sumus deo sic obligati reddere mandatorū obseruantiam: et tantopere a nobis redditio requiratur mirum valde est Cur homines infelices sic detinētur sic occupentur. sic deniq̧ abutantur ꝙ deo hec non soluant ymo potius contrarium faciunt. Sed certe Ra- tio in promptu est dicit apostolus ro manos.10. Corde creditur ad instā tiam ore aūt ꝯ̄c.ma.ver.9.⁊ lu.6.

dicitur filia fides tua saluam te fe-
cit. Et Mathei. 9. Omnia possibi-
lia sunt credenti. Sed iuxta philoso-
phum. 2. phisi. Idem possit esse cau
sa contrariorum vt nauta per pre-
sentiam sui est causa conseruationis
nauis ꝛ per absentiam suam est cau
sa periclitationis eius. Sic vtiqꝫ fi
dem habentes deo obediūt: ꝛ fide ca
rentes ipsi obediunt. dicitur em̄. 24.
q. i. c. quia ex sola. Quia sicut existē
tes extra archam Noe perierunt sic
existentes extra fidem ꝛ hoc merito
quoniam fides est inicium substan-
tia vel fundamentum omnium bono
rum que speramus hebre. ii. propter
defectum fidei dictum fuit Moysi
nume. 20. Quia nō credidistis mihi
vt sanctificaretis me coram filiis is
rael non introduceris hos populos
in terram quam dabo eis. Sed di-
cet nunc quidam infidelis non solū
omnia credo que credit ecclesia ꝛ p
ro ex defectu fidei si non reddam qđ
debeo. Cui inquit. Si fidem operi-
bus demonstres peto opera alioquī
fides sine operibus mortua ē. Quis
eniꝫ fateretur regem suum fore qui
tamen die noctuqꝫ inimicō suo faue
ret seruiret sibiqꝫ seruientes amaret
ꝛ sociaret quis assentiret dicenti se
credere omnia que alius asserit nec
tamen eius dn̄s etiaꝫ in minimo ob
temperaret. Certe hoc modo sūt pec
catores puta seculi fatentur se nosse
deum factis auteꝫ negant. Sed hec
non sufficiunt ad salutem dicit Ma
thei. 7 non omnis qui dicit mihi do
mine dn̄e intrabit in regnum celoruꝫ
Si nempe mortales credant vitam
presentem aliquando dimittere quo
modo hic taliter mente detinētur ac
si hic nunq̄ exire deberent. Si luxu
riosi credant pro suis voluptatibꝰ pe
nam demereri eternam quomodo ta
libus se exponunt periculis: cū etiā
pro modica pena euitanda tam sepe
delicias contennant. Si credant fu
res/falsarii/falaces/adulteri/ꝛ in-
cestuosi aut quiuis alii peccatores de
um peccata sua noscere: cur corā dō
faciunt que coram hominibus face-
re formidarent. Sed certe si fidē vo
cibus profitentur operibus tamē de
testantur propterea distinguit optie
magister sententiarum. 23. di. 3.
ꝙ aliud est credere deo
Aliud credere deum
Aliud credere in deum
Credere deo deum aspicit rationē ve
ritatis quia scꝫ credit que vera sunt
hec que deus dicit. Credere deū ipm
deum aspicit quasi sub ratione vir-
tuositatis seu potentie credendo scilꝫ
ipsum esse omnipotentem creatorem
ꝛ huiusmodi. Credere autem in deū
aspicit ipsum sub ratione bonitatis
tendendo in eius bonitatem ꝛ ipsiꝰ
degustando amorem: propterea scri-
bitur de pe. di. 2. §. cum ergo in xp̄m
credit qui caritatem habꝫ in christū
quippe credere est in xp̄um tendere
hec est fides que per dilectioneꝫ ope
ratur hec est victoria que vincit mū
duꝫ fides nostra. i. vincere facit oīa
que sunt in mundo scilicet concupi
scentiam carnis. i. delicias: concupi
scentiam oculorum. i. diuitias ꝛ su-
perbiam vite: dum em̄ videt dn̄m su
um crucifixum pauperem humilem
subiectum materiam magnaꝫ habꝫ
omnia contennendi: dicit em̄ Aug.
Omīa terrena contēpsit homo xp̄s
vt contempnenda esse mōstraret ma
gna em̄ gloria est sequi regem facto
rem suū. Constituat ergo homo pec
cator sub oculis suis deum creatorē
suum omnia videntem saluatorem ꝛ
omnia contempnentem mortem cuꝫ
iudicio durissimo sibi de propinquo

fminētem ꝛ facile oīa spernet ꝛ que deo debet continuo reddet dicendo. Dn̄e paciētiam habe in me. Quod nobis donet facere piissimus dulcis matris virginis filius. Amen

¶ Sermo scd's eiusdem dn̄ice.

Redde quod debes. vbi supra. Existimo ꝙ nō sunt cōdigne passiones huius seculi ad futurā gloriam que reuelabit in nobis. Roma. 8. Quia plerigꝫ huius seculi mūdanis dediti audiētes oportere deo reddere obseruantiā preceptoꝝ hanc obligatione durā nimis arbitrātes quasi vellent nō fuisse. Sed vnus ponderans que ꝛ quāta sunt que nobis ꝓmittuntur: que ꝛ quanta mala laboribus modicis euitamur quot insup ꝯsolationes deo seruiētibus largit̄ Hec cogitemus si possumus excoriari sicut beatus Bartholomeus. vel assari sicut laurētius. sagitari sicut sebastian⁹. decapitari sicut paulus ꝛ crucifigi capite deorsū sicut petr⁹ Parū quid hec omnia forent dicēte apostolo. Existimo ꝙ non sunt ꝛc. Quare merito debemus reddere ea deo que seruus quilibet dn̄o suo quātumcūqꝫ paruo dare debet. Quare aūt passiones presentis tēporis non sunt sufficiētes ad futurā gloriam. Ratio est quadruplex.
Prima est propter paucitatē
Secunda propter breuitatē
Tertia propter necessitatē
Quarta propter impuritatē.
Prima ergo est propter paucitatē. Passiones enim quas homo patitur comparate ad gloriā quātumcunqꝫ magne sint nullā quasi habent proportionē sicut nec punctus ad lineā. ¶ Gloria enim illa tanta est: ꝙ nec oculus vidit: nec auris audiuit: nec in cor hominis ascendit. ysaye. 44. In paucis vexari: in multis bene disponētur. Propterea prime petri primo Iustus dicitur nunc modicū si oportet contristari in variis tēptationibus in modicū inquit ꝛ nunc. Secunda ratio est propter breuitatē quoniā tribulationes ꝛ persecutōes quas homo hic patitur ꝛ sustinet sunt breuis durationis. gloria vero eterna. secūdi corynthioꝝ quarto. Quod in presenti est momētaneum ꝛ breue tribulationis nostre supra modum in sublimitate eterne glorie pondus cōparatur. Tertio propter necessitatē: quia omnia que patimur vel pati possum⁹ peccata nostra meruerūt. Et si que bona facimus nō sumus digni propter hoc liberari a malis ꝛ tribulationib⁹, dicente dn̄o Luce decimoseptimo. Cum bene oīa feceritis que precepta sunt vobis dicite serui inutiles sumus. Quarta est propter impuritatē. Nunꝙ enim in presenti seculo datur afflictio: vel promittit̄ quin deus aliquod refrigerium prestet vt leuius fieri possit si homo ad deum velit recurrere. Fidelis enim est deus (primi corynthioꝝ decimo) qui non patitur vos tēptari vltra id quod potestis. Sed facit etiā cum tēptatione prouentū. Et. 2. corynthioꝝ quarto. Licet is qui foris est nō homo corrumpatur tamē qui intus est renouatur de die in diem. Quilibet ergo merito debet animari ad reddendū deo quod sibi debet ac si ipse deus a nobis grauia exigeret. Sicut quarti regū quinto dixerunt serui naaman. Si rem enī grandē dixisset tibi propheta vtiqꝫ

facere debueras. quãto magis quia
dixit tibi: vade ⁊ lauare septies in
Jordane ⁊ mundaberis. Sic vtiq͏ȝ
o pauperes peccatores si deus nobis
diceret moriamini pro me: in exiliũ
mei amore ite: omnia alia dura ⁊
aspera facite: deberemus obedire.
Quãtomagis si a nobis petat prece
ptorum suoꝝ obedientiã ⁊ peccatoꝝ
per nos cõmissorum emendationem
Redde ergo ⁊c.

¶ Pro fundamẽto mouet questio
Cum deus tanta austeritate exigat
illud quod debet ⁊ voluntas eius sit
omnipotẽs tantũq͏ȝ malũ sit ⁊ tam
graue non reddere merito queritur.
An deus velit mala fieri. Respõdet
magister sententiarum distinctione
46. primi: ꝙ nullo modo vult mala
fieri voluntate antecedẽte. Probat
quia omnis voluntas denominatur
a volito: vel denominat volitum:
Si ergo deus vellet mala fieri mala
dicerentur bona a diuina voluntate
que est optima. aut ipsa voluntas di
ceretur mala propter ipsa mala vo-
lita quod est impiũ. Et si arguatur:
quia .24. questione tertia capitulo
Quidam heretici. dicitur ꝙ est error
collicianoꝝ dicere ꝙ a deo mala nõ
sunt causata. Respondet eadẽ distin
ctione: ꝙ malũ potest esse triplex.
Primũ malum damni. ⁊ istud non
habet causam efficientẽ sed solũ de-
ficientẽ. Aliud est malũ pene ⁊ illud
bene est a deo. ⁊ de hoc intelligitur
ille error eorum qui dicebant mala
pene non esse a deo. De hoc enĩ dicit
amos tertio. Non est malũ in ciui-
tate quod non fecerit dominus.
¶ Tertium est malũ culpe: ⁊ istud
nullo modo est a deo: nisi q̃tum ad
actum substractũ. ¶ Et si instatur.
Voluntas eius est omnipotẽtissima
conceditur de voluntate eius conse-
quenti ⁊ efficaci in his que vult pro
sequi ⁊ impedire. Sed dicet ꝙ per
mittat vnãquãq͏ȝ rem duci secundũ
cursum debitum. Et sic habentes
liberum arbitrium vtantur eo ⁊ per
mittantur agere que eis grata sunt
Miretur ergo nullus si plures dã
nentur. Dicitur enim. ff. Si quis
ius dicenti non obtemperauerit lege
vnica. ꝙ non obediẽs principis mã
dato morte moriatur. Et in iure ca
nonico dicitur. Canonicus regula
rum obedire nolens a consortio fra-
trum eiicit. Quid ergo fiet vniuersis
peccatoribus in superbia furto bla-
phemia/luxuria/inuidia/ rancore/⁊
malicia viuentibus. qui nec deo obe
diunt nec mandatis eius: ĩmo tanto
tempore vite sue deo suo regi sũmo
contradicunt morte certe eterna ve
nient tales plectandi. Religiosus nõ
obediẽs suo prelato per dictã decre
talem a consortio fratrum excludat
Quid fiet illi qui dietim quasi in oĩ
bus suis operibus deo rebellis effi
citur. Talis certe ineternũ excõmu
nicatus a consortio sanctoꝝ exclu-
ditur. Scribitur enim primi regum
decimoquito. ⁊ habetur. 6. q. primi
Sciendũ ꝙ peccatum ariolandi est
nõ obedire ⁊ quasi scelus ydolatrie
nolle acq̃escere. Infelix ergo pctõr
Redde quod debes ⁊c.

¶ In isto sermone
erunt due partes.

Prima de creatoris debito
persoluendo.
Secunda de impedimento non red
dendi amonẽdo.
Quo ad primã viso de primo debito
quod debemus videlicet preceptorũ
obseruãtia: videndũ est de secundo:

videlicet de penitētia. Ratio enim naturalis dictat vt offendēs aliquē debeat ipsum placare de hac penitentia tria sunt videnda pro nunc.
Primo que ad eam inducunt.
Scdo que eam perficiunt.
Tertio quo tempore cupientes saluari eam faciunt.
Pro primo nota tria que nos inducunt ad penitētiam.
Primū est ipsius necessitas.
Scdm est eius vtilitas.
Tertium est precedentium exemplaritas.
Primū ergo est necessitas: quoniā sine ea de potentia dei ordinata nullus qui peccauit mortalit post baptismū potest saluari: Dicitur enim Luce decimotertio. Nisi penitentiā egeritis omnes simul peribitis.
Et de consecratione distinctione.4. capitulo Omnis dicit. Omnis qui iam sue voluntatis arbiter est constitutus cum accedit ad sacramētum fideliū nisi eum peniteat veteris vite nouā inchoare nō potest. Ratio ad hoc fm thomā tertia parte distinctione.86. articuli secundi. Offensa peccati mortalis procedit ex hoc ꝙ voluntas est auersa a deo per cōuersionem ad aliquod bonū cōmutabile per quam conuersionē deus dupliciter offenditur.
Primo contra equalitatē amicitie inꝗtum affectum debitum non impendit ei.
Secundo offendit deus contra equalitatem iustitie inꝗtum debitum honorē ei subtrahit. Per primā offensam incurrit sustractionē gratie.
Per aliam incurrit reatum pene. Unde reqritur quo ad satisfactionē diuine offense: ꝙ voluntas hominis sic īmutetur ꝙ conuertatur ad deū a quo erat auersa cum detestatiōe auersionis predicte ꝛ cū proposito emendandi quod pertinet ad rōnem penitentie inde est quod scribitur Jere.6.Si penitentiam egerit gens illa pessima a malo quod fecit agam ꝛ ego penitentiam a me habebo ad modū penitentis super malo quod cogitaueram vt facerem ei.1.di. Si non agat penitentiam: meam non mutabo sententiam. ¶ Scdm quod nos inducere debet ad penitentiam est ei⁹ vtilitas que talis est ꝛ tanta vt bona omissa recuperet ad dignitatē pristinam eze.18. Si conuersus fuerit impius ab impietate sua ꝛ fecerit iudicium ꝛ iusticiam omnes iniquitates eius quas fecit non recordabūtur. Scribitur quoqꝫ.50.di.capitulo quia tua. Quod petrus post penitentiam ad gradum apostolatus reuocatus est: beatus quoqꝫ Bernardus in sermone de misericordia dei. ait. Scio ꝙ p⁹ pēitentiā nō āpli⁹ vlciscetur nec vltra improperabit nec minus diliget ꝓpterea loquens crisostomus de penitētia dicit. O penitentia quid de te non referā: tu animam ligatam solius ꝛ solutam cōseruas per te enī paradisū latro meruit: filius prodigus stolam ciuitas niniue indulgentiam ꝛ petrus de negatione veniam. Tertium nos inducens ad penitentiā est precedentiū exemplaritas. Quis numerare possit quot ꝛ quāti post offensas commissas penitentiam egerunt vt taceam de Adam qui in sudore vultus sui ob suum delictum habuit comedere panem suum. Quotiens filii israel peccauerunt ꝛ per penitentiam deū placauerunt testes sunt libri Exodi numeri deutro. ac iudicū. In libris quoqꝫ regum. de Dauid ezechia manasse ꝛ aliis multis plenissime. Legitur Achab quoqꝫ qui corā nostro

dño malus erat: humiliatus tamen pro tunc nõ fuit spretus. Animetur ergo quilibet tot ꝛ tantoꝝ exemplis deo reddere qđ debet

¶ Quo ad scđm videlicet que ꝛ quot requirūt ad penitentiā notat de pe. di. 3. ca. pfecta. Ad peragendū verā penitentiā tria exigunt: videlicet

Cordis contritio.
Oris confessio.
Operis satisfactio.

Quia enī deum tribus modis offendimus scz delectatione cogitationis
Imprudentia locutionis.
Et superbia operis.
Ideo vt cõtraria cõtrariis curētur.
Delectationi opponit cõtritio.
Imprudētie locutionis cõfessio.
Et supbie operis satisfactio.

